



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

M. Fabii Quintiliani Institutionum Oratoriarum Libri Duodecim

Summa diligentia ad fidem vetustissimorum codicum recogniti ac restituti

M. Fab. Quintiliani Declamationes Undeviginti. M. Fabii Avi Et Calpurnii
Flacci Declamationes. Auctoris Incerti Dialogus De causis corruptae
Eloquentiae - Cvm Variorum Notis

Quintilianus, Marcus Fabius

Lugd. Batav. ; Roterodami, 1665

XLV. Vir fortis & orator.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12889

XLIV.

Indemnatus raptoris filius.

LEX RAPTARUM INDEMNATOS LIBEROS LICEAT OCCIDERE. Quidam rapuit & fugit. de raptu puella concepit & peperit. Reverso raptore, puella mortem raptoris optavit. Filium ille indemnatum vult occidere: rapta contradicit.

PRO RAPTORE.

Nisi forte moleste tulit, quod & non hunc ipsa damnavit. ¹ Jam cum illo meo errore, vel facto, voluntaria profectioe transegerim. Hic me, judices, hic puer prodidit. Si perseverat in mea pœna, hunc mater occidet. Dicere me raptorem nemo debebat post intervallum, post exilium, post reum filium. Non est, inquit, filius tuus. Nuptiis enim solennibus non est natus. Civis ergo, nisi faces accenderit, & fescennina cecinerit, pater esse non poterit. Perquam es inhumana: non vis esse patrem, qui te fecerit matrem?

XLV.

Vir fortis & orator.

Vir fortis & orator consilium petebant.

PRO ORATORE.

² **Q**uam plus ad vestra judicia cujusque, judices, proficiunt merita privata quam publica? Postremo quod maxime voluntatem plebis offendit, rogare non nostri: orare & exorare nostrum est, qui hinc etiam nomen accepimus.

XLVI.

Adulter uxoris.

Ex duobus filiis alteri uxorem dedit, alter incidit in adversam valetudinem. medici dixerunt animi esse languorem. Quærenti patri, fratris uxorem se amare confessus est. Petit pater à filio, ut matrimonio cederet. impetravit. ³ inventos in adulterio postea, fratrem & uxorem secundus maritus occidit. abdicatur à patre.

CONTRA FILIUM.

Sero me, sanctissimi judices, abdicare patet. Jus enim ad hoc redit, ut excusare compellar, non quod extre-

¹ Jam cum illo errore vel facto.] Lego, ^{ma} *dubie, Quanto plus.* Gronov.
² Quam plus ad vestra judicia.] Haud ³ *Inventus in adulterio.*] Lego, *inventos*
in adulterio postea fratrem & sororem. Pith.
 Xx 4